



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransenis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

7. De casuum reseruatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

dub. 5. num. 12. Ioann. de Lugo d. tract. de Penit. disp. 15. sect. 7. num. 142. & 143. vbi à num. 149. de pueris agit. Barthol. à S. Fausto tom. 3. tra. de Penitent. lib. 4. q. 14. 35. & Fagundez d. precepto 2. lib. 1. c. 3. num. 18. plures, quos refero in collect. ad d. c. omnis vtriusque sexus num. 2. cum quibus est magis communis sententia, summum Pontificem obligari de iure diuino confiteri; ad annuale vero Confessionis preceptum non teneri quoad vim coactiuam, secus vero quoad vim directiuam. Tullench. in decalog. lib. 3. cap. 4. dub. 2. num. 13. & c. 5. dub. 2. num. 20.

21. Cum ad annos discretionis peruenissent.] peruenire ad

annos discretionis quando quis dicatur, vide Nauar. d. c. 21. num. 37. & 88. Soar. d. contr. 4. disp. 26. sect. 2. num. 3. Henricq. d. lib. 4. c. 1. §. 2. Valer. Reginald. d. lib. 6. num. 50. Paul. Comitol. resp. moral. lib. 1. q. 16. Aegid. de Coninck de Sacram. 10. 2. disp. 5. num. 50. Hernandez d. part. 2. cap. 8. §. 2. num. 15. Fagundez d. prac. 2. lib. 1. c. 2. num. 3. in princ. & c. 3. n. 10. Azor. d. p. 1. lib. 7. c. 40. quest. 6. Ioan. de Lugo d. disp. 15. sect. 7. n. 152. Vatq. tom. 4. quest. 50. art. 2. dub. 4. Barthol. à S. Fausto d. tract. de Penitent. lib. 4. quest. 37. vbi ad completum septennium id extendit. Tullench. in Decalog. lib. 3. cap. 4. dub. 2. num. 11. & 12.

De Ministro Sacramenti Pœnitentiæ, & absolutione.

C A P V T V I.

1 Minister Sacramenti Pœnitentiæ solus Sacerdos.

2 Absolutio sacramentalis est ad instar actus iudicialis.

¶ Infra can. 10. i Matth. 16. & 18. c Ioan. 20.

¶ Suprà sess. 7. de Sacrament. c. 10.

¶ Cap. secundum Eccle. sic 19. dist. & cap. non nocet. l. q. 1. f. Infra canon 9.

Circa ministrum autem huius Sacramenti, a declarat sancta Synodus, falsas esse, & à veritate Euangelij penitus alienas doctrinas omnes, quæ ad alios quosuis homines, præter Episcopos, & Sacerdotes Clauum ministerium perniciosè extendunt, putantes verba illa Domini: b Quacunque alligaueritis super terram, erunt alligata & in cælo, & quacunque solueritis super terram, erunt soluta & in cælo; c & quorum remisit peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt, ad omnes Christi fideles indifferenter, & promiscue, d contra institutionem huius Sacramenti, ita fuisse dicta, vt quiuis potestatem habeat remittendi peccata publica quidem per correptionem, si correptus acq̄uerit, secreta verò per spontaneam Confessionem, cuiuscunque factam. Docet quoque, etiam Sacerdotes qui peccato mortali tenentur, per virtutem Spiritus sancti, in ordinatione collatam tanquam Christi ministros, functionem remittendi peccata exercere, e edque prauè sentire, qui in malis Sacerdotibus hanc potestatem non esse contendunt. f Quamuis autem Absolutio Sacerdotis alieni beneficii sit dispensatio, tamen non est solum nudum ministerium, vel annunciandi Euangelium, vel declarandi remissa esse peccata, g sed ad instar actus iudicialis, quo ab ipso, veluti à iudice, sententia pronuntiatur. Atque ideo debet penitens adeò sibi de sua ipsius fide blandiri, vt, etiam h si nulla illi adfit contritio, aut Sacerdoti animus seriò agendi, & verè absoluedi desit, putet tamen se propter suam fidem, verè, & coram Deo esse absolutum, nec enim fides sine Pœnitentia remissionem vllam peccatorum præstaret, nec is esset, nisi salutis suæ negligentissimus, qui Sacerdotem iocose absoluentem cognosceret, & non alium seriò agentem, sedulo requireret.

1. Vide S. Thom. 3. p. quest. 84. art. 3. Sot. in 4. dist. 18. quest. 4. art. 1. & dist. 20. quest. 1. art. 3. concl. 4. Pyg. de Ecclesiast. hierarchia, lib. 2. cap. 3. Maldonat. 10. 2. de penitent. p. 3. quest. 3. Petr. Sot. lect. 3. de Sacrament. Ordinis, Onuphr. de sigillo Confess. sect. 3. quest. unica, dub. 5. vers. prima conclusio. Soar. 10. 4. de penitent. disp. 16. cum seqq. Vatq. tom. 4. quest. 84. art. 3. dub. 1. & quest. 93. art. 1. dub. 1. Marcl. Megal. p. 1. in stir. confess. lib. 1. Valer. Reginald. in praxi fori penitent. lib. 1. cap. 1. Aegid. de Coninck de Sacram. tom. 2. quest. 8. Bonacin. eod. tract. de Sacram. disp. 5. quest. 7. puncto 1. à num. 1. Fernandez in examine Theolog. moral. p. 3. cap. 6. §. Vincet. Filiuc in qu. moralibus tract. 7. cap. 7. cum seqq. Mölser. in summa Theologia moral. tract. 7. cap. 14. de ministro Sacramenti Pœnitentiæ, Fagundez in quinque Ecclesiæ precepta, prac. 2. lib. 7. de ministro Confessionis. Paul. Laymann in Theologia moral. lib. 5. de Sa-

eram. tra. 6. c. 10. Ioan. de Lugo de Sacram. in tract. de Penit. disp. 18. sect. 1. n. 1. cum seqq. Torreblanca de iure spirit. lib. 14. c. 1. n. 26. & n. 30. Hurtado de Sacram. tra. de Penit. disp. 10. de Ministro Sacram. panis. An liceat laico confiteri tempore necessitatis: Vide late declarantem Magdalen. de humero testium in testamento requisito p. 1. c. 10. num. 61. cum multis seqq. pag. 109. Ioan. de Lugo d. tract. de Penit. disp. 18. sect. 1. num. 4. Hurtado d. disp. 10. dist. 1.

a Declarat sancta Synodus, &c.] Ad alios præter Episcopos & Sacerdotes Clauum potestatem non extendi dicit Torreblanca d. lib. 14. c. 1. num. 30.

g Sed ad instar actus iudicialis.] Absolutionem esse ad instar actus iudicialis, quo à Sacerdote, veluti à iudice sententia pronuntiatur, per hunc text. dicit Bonacin. d. disp. 5. q. 4. puncto 6. num. 1. in fine.

De casuum reservatione.

C A P V T V I I.

1 Doctores referuntur de casibus reservatis agentes.

2 Clemens VIII. cunctis Regularibus certos casus reservatos taxauit.

3 Papa potest sibi reservare casus respectu omnium.

4 Casus quot Pontifices sibi reservarunt.

5 Censuras plures in Bulla Cens. & extra illam Pontifices reservarunt.

6 Episcopus potest sibi reservare casus.

7 Episcopi quæ peccata reservare soleant, & possint.

8 Episcopus successor illius, qui casus sibi reservauit, potest ab eis absolvere.

9 Ecclesia potest reservare non solum peccata, quæ habent excommunicationem, vel censuram annexam, sed etiam alia peccata grauiora.

10 Reservatio nulla fit in articulo mortis.

11 In mortis articulo constituti qui dicantur,

12 Sacerdotes simplices possunt absolvere constitutos in articulo mortis, etiam quando adest proprius parochus.

- 13 Sacerdos etiam irregularis suspensus, excommunicatus, &c. potest absolvere in articulo mortis.
- 14 Absolui possunt à quocunque Sacerdote simplici constituti in articulo mortis, etiamsi sint excommunicati, & denunciati ob hæresim, vel ob aliud quodcunque delictum.
- 15 Sacerdos, qui excommunicatione maiori innodatus constitutum in mortis articulo absoluerit, nullam incurrit irregularitatem.
- 26 Absolutio data à simplici Sacerdote in mortis articulo est vera absolutio.
- 17 Sacerdos nullus extra mortis articulum potest absolvere à casibus per Superiorem reservatis.
- 18 Penitentiarius ex se non potest absolvere à casibus Episcopalis.
- 19 Vicarius Episcopi vigore generalis mandati nõ potest absolvere à casibus Episcopo reservatis.
- 20 Regulares etiam per privilegium, quod Mare magnum vocatur, non habent facultatem absolvendi penitentes à casibus Episcopo reservatis.
- 21 Patres Iesuite, & alij Confessarii vigore privilegiorum Rosarii non possunt absolvere penitentes à casibus Episcopo reservatis.
- 22 Regulares non possunt vigore Bullæ Cruciate Confessarios sibi eligere, & ab eis absolvi à casibus reservatis.
- 23 Regulares prætextu cuiuscunq; privilegij habiti, vel habendi, nõ possunt quemquam absolvere à casibus in Bulla Cæne Domini, aut Ordinario loci reservatis.
- 24 Regulares habentes facultatem absolvendi etiam à casibus reservatis possunt absolvere advenientes in alia à casibus reservatis in diœcesi penitentium.
- 25 Concessa facultas absolvendi à casibus Sedi Apost. reservatis, non comprehendit casus, quos Episcopus, & Prælati Religiosi cum suis subditis Regularibus reservant.
- 26 Absolvere Episcopum & cum ipso dispensare poterit ab eodem Episcopo Confessor electus de omni peccati vinculo, de quo potest absolvere, vel dispensare ipse Episcopus.
- 27 Penitens habens peccata reservata Episcopo poterit absolvi à non reservatis reservata absolutio- ne à reservatis cum Superiori copiam sui fecerit.
- 28 Penitens cum recurrit ad Episcopum in casibus reservatis quomodo cum illo se gerere debet ipse Episcopus; ostenditur.

Quoniam igitur natura, & ratio iudicij illud exposcit, vt sententia in subditos duntaxat feratur, & persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, & verissimum esse Synodus hæc confirmat, nullius momenti Absolutionem eam esse debere, quam Sacerdos in eum præfert, in quem ordinariam, aut subdelegatam non habet iurisdictionem. Magnopere verò ad Christiani populi disciplinam pertinere, sanctissimis Patribus nostris visum est, vt atrociora quædam & grauiora crimina non à quibusvis, sed à summis duntaxat Sacerdotibus, absoluerentur, a vnde merito Pontifices Max. pro supræma potestate, sibi in Ecclesia vniversa tradita, causas aliquas criminum grauiores suo potuerunt peculiari iudicio reservare. Neque dubitandum est, quando omnia, quæ à Deo sunt, ordinata sunt, quin hoc idem Episcopis omnibus in sua cuique diœcesi, in adificationem tamen, non in destructionem, liceat, & pro illis in subditos tradita supra reliquos inferiores Sacerdotes auctoritate, & præsertim quoad illa, quibus excommunicationis censura annexa est. Hanc autem delictorum reservationem consonum est diuinæ auctoritati, non tantum in externa politia, sed etiam coram Deo vim habere. Verumtamen piè admodum, ne hac ipsa occasione aliquis pereat, in eadem Ecclesia Dei custoditum semper fuit, & vt nulla sit reservatio in articulo mortis: atque idem omnes Sacerdotes n quoslibet penitentes à quibusvis peccatis, & censuris absolvere possunt: extra quem articulum Sacerdotes cum nihil possint in casibus reservatis, id vnum penitentibus persuadere nitantur, vt ad Superiores, & legitimos iudices pro beneficio Absolutionis accedant.

1. Vide Petr. Sot. de ministro confession. l. 1. c. 5. vers. his etiam, Gregor. de Valentia tom. 4. disp. 7. q. 10. puncto 2. ad fin. Soar. tom. 4. de Penitent. disp. 29. sect. 1. Henriquez in sum. lib. 3. cap. 14. & lib. 6. cap. 9. §. 3. Fr. Emman. quest. regul. tom. 1. q. 20. art. 1. & in sum. p. 1. c. 55. Vasquez tom. 4. q. 91. art. 3. & quest. 92. Marcel. Megala p. 1. in sit. confessor. c. 11. cum segg. Valer. Regin. in praxi fori pœnit. lib. 1. num. 25. & num. 123. cum segg. Agid. de Coni. de Sacram. & censur. tomo. 2. disp. 8. a. num. 75. Iacob. de Graff. in aures detij. lib. 1. append. c. 7. Tolet. in sum. lib. 3. cap. 14. Medina tract. 2. de Confess. q. 12. Comit. resp. moral. lib. 1. q. 29. Tanner. tom. 4. disp. 6. q. 9. dub. 8. Barthola S. Fausto tom. 3. in tract. de Penit. lib. 8. de casibus reserv. Piafec. in praxi Episcop. p. 2. c. 1. Zerol. in simili praxi. verb. casus reservati, & in praxi pœnit. c. 13. Galet. in margarita casuum conscient. verb. casus reservatus, Laur. de Indulgent. p. 2. cap. 28. Campan. in diuersis iuris Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 63. Ioann. Valen. de differ. inter utrumque forum, verb. penitentia, differ. 9. Homobon. de Bonis de examine ecclesiast. p. 1. tract. 5. cap. 4. q. 27. Fernandez in examine Theologia moralis p. 3. cap. 6. §. 6. num. 24. cum segg. Sanchez in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 8. Mollet. in summa Theologia moralis, tract. 7. c. 17. cum segg. Filiuc. in quest. moral. lib. tract. 7. cap. 10. Fagandez. in quinq; Ecclesie præceptis, præcept. 2. lib. 8. cap. 1. Paul. Layman. in Theologia moralis lib. 5. tract. 6. c. 12. Stephan. Daluin. de potest. Episc. et Abbatis, c. 31. cum segg. nouitimum Machado in el peccato Confessor y cura de almas lib. 1. p. 3. tract. 1. docum. 1. cum segg. Basse. verb. casus reserv. Barbof. Collect. in Concil. Triæ,

untus. latè Ioan. de Lugo de Sacram. in tract. de Penit. disp. 20. Torreblanca de iure spirit. lib. 1. c. 4. num. 10. cum segg. Hurtado de Sacram. tract. de Penit. disp. 11. meupsum de offic. & potest. Episc. p. 3. alleg. 50. cum duabus segg. Et de his casibus reservatis integros edidere tractatus Lælius Zechius, Horat. Gambarupta, Lucas Floronus, Bartholomæus Gipsius, Petr. Bellochius, Homobon. de Bonis, & Ioan. Chapeauille.

Clemens VIII. cunctis Regularibus per suum Breue certos casus reservatos taxauit, & præscripsit, vltra quos præcipit vt alij non referentur à Prælati superioribus, nisi in Capitulo generali, aut Prouinciali de consensu Patrum vocalium, & matura discussionem. De his casibus Clementis VIII. specialem tractatum edidit Franc. Longus à Coriolano Capuceinus: & de illis agunt Sorb. in addit. ad compend. p. 1. verb. absolutio ordinaria quoad Fratres, Marcel. Megala p. 3. in sit. Sacerd. lib. 1. c. 12. Mollet. in sum. Theolog. mor. tract. 7. c. 20. de casib. reserv. Prælati Religiosorum, Fagund. in quinq; Ecclesie præceptis, præcept. 2. lib. 8. cap. 1. cum segg. Lezana in sum. quest. Regul. p. 1. c. 18. num. 20. cum segg. Stephan. Daluin de potestate Episcopi & Abbatum. c. 33. Machado d. docum. 1. n. 5. Barthola S. Fausto de iubil. extraord. lib. 1. q. 95. cum segg. Ludouic. Beia respons. casuum conscient. p. 3. casu 16. Fr. Ludouic. Miranda in man. Prælat. tomo 2. quest. 34. Laurent. à Portel in tract. de his casibus, & in dubijs regularib. verb. casus reservati, Quarant. in summa Bullar. verb. casus reservati, Hieron. Roderic. in cõpendio q. regul. resol. 3. num. 16.

4 Cap. si Episcopus. de pœn. in c. 6. 6 Cap. si quis suadente. 17. quest. 1. c. 1. quorundam de iudic. cap. conquest. de sent. ex. cap. quicunque eod. tit. in c. 6. & c. 1. in tit. in cle. c. si dominus de pœn. in extraug. com. cum si Rom. 13. 6 Vide sess. 24. c. 2. post matrimonij 4 Cap. felicis. de pœn. in c. pastoralis. de off. ord. e. cupientes. de pœn. in cle. c. inter cistas. 5. duos de priuileg. extraug. com. Cælest. Episc. 2. cap. 1 & 4. Carth. c. 76. & 11. Tolet. c. 12.

2.

- num. 16. cum segg. & resol. 22. Ioan. de Lugo d. tract. de Pœnitent. disp. 20. num. 39. cum segg.
3. **¶** Unde merito Pontifices Maximi, &c.] Posse Pontificem sibi referuare casus respectu omnium, siue sint Episcopi, siue alij quicumque Prælati, tenet Fernandez in examine Theologia moral. p. 3. cap. 6. §. 6. num. 24. in med. Sebast. Acoſta in explicit. Bullæ Cruciatæ quæst. 42. Coriolan. de casibus referuat. p. 1. sect. 1. art. 1. num. 7. vers. primò. Barthol. à S. Fausto d. lib. 8. quæst. 3.
4. Quot autem casus Pontifices sibi referuauerint, adnotant gloss. verb. pertineant, in cap. 1. de translat. Episcopi, & verb. pertinere, in cap. sicut unire, de excessib. Prælat. quæ vndecim recenſet quatuor versibus, ex Host. Gambr. de offic. & potest. Legati de Lateran. lib. 2. tit. de varijs ordinarijs nominibus num. 157. qui 27. versibus sexaginta complectitur, Barthol. à S. Fausto d. lib. 8. quæst. 51. multo plures refero de offic. & potest. Episcopi. p. 3. allegat. 50. in princip.
5. Ex Bulla in Cœna Domini, & extra illam plures censuras ipsi Pontifici referuatas, collegerunt, & in catalogum reduxerunt Nauarr. in man. c. 27. à num. 25. Iacob. de Graſſi. in aureis decis. p. 1. lib. 4. cap. 19. cum segg. Tolet. in instruct. Sacerd. lib. 1. à cap. 19. vsque ad 24. Soar. tom. 5. de cens. disp. 21. vsque ad 24. Sayr. in simili tract. lib. 2. & 3. Iul. Cæs. Rainer. in catalogo censurarum. Valer. Reginald. in praxi fori pœnit. lib. 9. num. 226. cum segg. Filich. in quæst. moral. tom. 1. tract. 14. & 15. Antonuc. in sua catechesi Neapolit. lib. 3. c. 37. cum segg. Molſes. d. tract. 7. c. 18. Barthol. à S. Fausto de Iubil. extraord. lib. 4. q. 98. & 99. Ego ipse d. alleg. 50. ex numer. 83. & nouissime Bonacin. per integrum tract. de censuris in Bulla & extra Bullam referuatis.
6. **¶** Hoc idem Episcopis omnibus, &c.] Posse Episcopum referuare sibi casus plus minusue, iuxta maiorem, vel minorem Confessoriorum, quos in sua diœcesi habet, idoneitatem, capacitatem, & eruditionem, resoluunt Zerol. in praxi Episcop. p. 1. verb. casus referuati, Fernandez d. p. 3. c. 6. §. 6. num. 24. in med. Aloyſ. Ricc. in praxi rerum fori eccles. resol. 492. Homobon. de Bonis de humana vice statibus c. 10. statim post princ. & de casibus referu. p. 1. c. 1. Molſes. d. tract. 7. cap. 17. num. 19. Barthol. à S. Fausto d. lib. 8. quæst. 3. vers. secundò.
7. Quæ autem peccata referuare soleant, & possint Episcopi, tradunt Fernandez d. §. 6. num. 25. Ego ipse d. p. 3. alleg. 51. per tot. Ioan. de Lugo d. tract. de Pœnit. disp. 20. sect. 2. num. 12. cum segg. Hurtado d. disput. 11. diffi. 4. cum segg. Barthol. à S. Fausto d. lib. 8. q. 7. cum segg. & quæst. 49. & 50. & de Iubil. extra. lib. 4. quæst. 91. In quibus referuandis seruandum esse modum à S. Congr. præscriptum, dicunt, & referunt Quarant. in sum. Bullar. verb. casus referuati, Vgolin. de officio & potest. Episcopi cap. 36. Aloyſ. Ricc. in d. praxi rerum fori eccles. resol. 492. Coriolan. d. sect. 1. art. 5.
- Idem Episcopi debent referuare paucos casus, eosque maximè necessarios, atrociores, & grauiores, non casus Bullæ Cœnæ, neque specialiter Papæ referuatos; neque promiscuè eos, quibus est annexa excommunicatione nemini referuata, nisi ob frequentiam, scandalum, aut necessariam causam aliquos nominatim; neque eos in quibus est necessaria restitutio, vel executio pro absolutio, neque eos, qui versantur circa res parui momenti, & qui frequenter eueniunt inter idiotas, licet sint mortiferi, nec in carnalibus, vbi ad est periculum scandalorum, vel cadere potest suspicio ob frequentem reditum ad Ordinarios, vel in select. Canon. cap. 18. num. 2. vbi refert decifum in S. Congreg. Episcop. 26. Nouembris 1602. Neque restitutum incertorum sibi referuent, ead. 14. Junij 1619. Quanam peccata referuati possint, offendit Barthol. à S. Fausto d. lib. 8. quæst. 7. cum segg. vbi dicit mortalia referuari posse, non tamen omnia, sed grauiora, quæ iudicantur expedire ad commune Ecclesiæ bonum, & subditorum adiuuacionem.
8. **¶** Pro illis in subditos, &c.] Episcopum qui casus sibi referuauit, & eius Superiorem in officio & iurisdictione, ac successorem, posse etiam ab eis absolueri, tenent Piaſecr. in praxi Episcop. p. 2. c. 1. nu. 16. Coriolan. d. sect. 1. art. 7. Sua. tom. 4. disput. 30. sect. 1. num. 1. Henriquez lib. 6. de Pœnit. c. 14. §. 9. Barthol. à S. Fausto d. tract. de Pœnitent. lib. 8. quæst. 11. Ego ipse dicta parte 3. allegacione 52. numero 1. vbi nume-
- ro 2. idem dico de Capitulo Sede vacante.
- ¶** Presertim quoad illa, quibus excommunicationis, &c.] 9. Posse Ecclesiam referuare non solum peccata, quæ habent excommunicationem, vel censuram annexam, verum etiam alia peccata grauiora, quamuis eis nulla sit annexa censura, resoluunt Sot. tom. 4. de Pœnit. disp. 29. sect. 2. num. 8. & ante eum tom. 4. dist. 18. quæst. 2. art. 5. vers. secundum argum. & colligitur ex multis, quos citat Henric. in summ. lib. 6. cap. 14. §. 1. litt. D. & de facto multas esse Episcopis, & in Religiosis referuatas, quibus cura annexa non est, fatetur Nauarr. in man. cap. 27. num. 261. vers. 10. reprehendentes Durandum, qui solas censuras referuari asserbat.
- ¶** Ut nulla fiat referuatio in articulo mortis, &c.] Vide Nauarr. in princip. de pœnitent. disp. 6. & conf. 15. de pœnitent. & remiss. Azued. l. 5. num. 5. vers. est tamen verum, tit. 1. lib. 1. non recipiat. Soar. tom. 4. de Pœnitentia, disput. 26. sect. 4. Maldonat. tom. 2. de Pœnitent. cap. 7. de ministro confessionis. fol. 76. vers. nam Ecclesia, Vazquez tom. 4. quæst. 93. art. 1. dub. 4. cum segg. Gutierrez canonic. lib. 1. cap. 1. num. 58. Paul. Comitol. respons. moral. lib. 1. quæst. 21. num. 1. & quæst. 22. num. 2. & lib. 5. quæst. 14. num. 3. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 1. à num. 58. Petr. de Ledesma in summ. p. 1. de Sacrament. vbi de Pœnitentia, cap. 14. Cened. ad Decretum collect. 24. num. 5. Agid. de Coninck de Sacramentis & censur. tom. 2. disp. 8. num. 90. cum segg. Campan. in diuersis iuris canon. rubr. 1. num. 110. Sanchez in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. cap. 13. Ioann. Valer. de different. inter vtrumque forum, verb. pœnitentia, differ. 9. Hurtado de Sacrament. tract. de Pœnit. disput. 10. diffi. 7. cum segg. Fernandez in examine Theologia moralis p. 2. c. 9. §. 18. & p. 3. c. 6. §. 9. à num. 19. Aloyſ. Ricc. in decis. curia Archiepiscop. Neapol. p. 4. decis. 26. Molſes. in summ. Theologia moral. tract. 7. cap. 15. nu. 74. Philiber. Marchin. de bello diuino p. 3. cap. 3. Coriolan. de casibus referu. p. 1. sect. 2. art. 16. Paul. Layman. in Theologia moralis lib. 5. tract. 6. cap. 12. Machado en el perfeto Confessory Cura de almas lib. 1. p. 1. tract. 1. docum. 3. num. 1. latè Ioan. de Lugo de Sacram. tract. de Pœnit. disput. 18. sect. 2. nu. 15. cum segg. & disput. 20. sect. 10. num. 200. cum segg. Torreblanca de iure spirit. lib. 14. cap. 4. à num. 15. & cap. 10. à num. 16.
- In mortis articulo constitutos dici illos, qui etſi viuant, & viuere possint, propter mortem tamen, quam secundum verisimilem medicorum peritiam, aut periculum, quod sperant, instantem vident, iam morietes arbitrantur, tenent Syluest. in summa verb. absolutio 1. num. 10. Co-narr. in cap. alma mater, part. 1. §. 11. num. 8. Nauarr. in manuali cap. 27. num. 271. Soar. d. tom. 4. disput. 26. sect. 4. num. 4. Vazquez d. art. 1. dub. 5. Fr. Emman. in explicit. Bullæ Cruciatæ §. 9. dub. 3. Vivald. in camel. aureo sub tit. de absolut. num. 60. Fernandez d. p. 3. cap. 6. §. 9. num. 19. Benzon. in speculo Episcop. lib. 1. disp. quæst. 6. concl. 2. Duard. in Bull. Cœnæ lib. 3. §. 2. q. 2. Machado vbi supra docum. 3. num. 2. Hurtado d. tract. de Pœnit. disput. 10. diffi. 9. in princ. Valer. Reginald. d. lib. 1. num. 59. Ioan. à Chapeauil. de casibus referuatis cap. 7. difficult. 1. & de modo administrandi sacramenta tempore pœnit. vbi de Pœnitent. quæst. 5. & 6. Homobon. de Bonis de humane vite statibus p. 1. cap. 16. vers. porro, Molſes. de ritu nupt. lib. 1. comp. 18. num. 18. Coriolan. de casibus referuatis, part. 1. sect. 2. art. 16. à num. 2. Molſes. d. tract. 7. cap. 15. num. 77. Ioan. Valer. d. verb. Pœnitentia, differ. 23. in fine, Sanchez in præcepta Decalogi tom. 1. lib. 2. c. 11. nu. 1. resoluentes non posse absolui à simplici Sacerdote omnem transgredere volentem, sed credentem, aut dubitantem probabiliter se naufragaturum, aut aliàs de vita periclitaturum, similiter non quilibet obsessum ab hostibus, sed telis impugnatum, nec quamuis mulierem prægnantem, sed eam quæ periclitatur de vita boni viri, latè Boss. in discept. moral. discept. 2. num. 6. cum segg. vbi à n. 15. de suscipiente lögam nauigationem, & n. 16. de operam dantibus agitationi taurorum, haffiludo, &c. & n. 17. de his, qui voluntarie se offerunt castrandos, & n. 18. de obſessis, & obſidentibus, & nu. 19. de damnatis ad trirèmes, & n. 21. de peste infectis, vbi n. 2. S. cum segg. videtur amplectum cum aliquibus limitationibus sententiã, nempe in loco pestifero nequaquam omnes, & quoslibet Sacerdotes, etſi minimè ab Ordinario approbatos posse audire Confessiones eorum, qui ibidem reperientur fani,

fani, eosque absoluerunt, sed tantum eorum, qui iam peste sunt infecti.

12. Ideo omnes Sacerdotes, &c.] Non solum in absentia proprii Sacerdotis, seu Superioris, verum etiam quando adest, vel ad illum potest haberi recursus cum in articulo mortis nulla sit referuatio, consultius tamen faceret, qui praesente suo Parocho, vel Superiore ab eo potius quam ab alio se absolui faceret. Ita Nauarr. *concl.* 15, alias 23, in *nouis*, & *remiss.* Sayr. in *floribus decif.* sub *cod. tit. decif.* 21. Emman. Sa in *aphorismis verb. absolutio*, num. 3. Fr. Emman. in *summ.* p. 1. cap. 59. *concl.* 3. Veg. etiam in *summa* tom. 1. cap. 6. *casu* 10. Petr. de Ledefma in *summa* p. 1. de *Sacrament.* ubi de *Poenit.* cap. 24. *post* 1. *conclus.* num. 3. Valer. Reginald. in *praxi fori poenit.* lib. 1. num. 60. Ioan. Valer. *d. differ.* 23. *vers.* dubitant tamen, Coriolan. *d. p. 1. sect.* 2. art. 16. num. 7. Zerol. in *praxi de Poenit.* cap. 15. q. 4. & 5. Chapeauil. de *casib. referu.* c. 7. in *fine* fol. 60. Ludou. de S. Ioanne p. 1. *summ. tract.* de *Poenit.* q. 6. art. 6. dub. 4. Ioan. Sanc. in *select.* *disput.* 44. num. 5. Marchin. de *bello diuino* p. 3. cap. 3. num. 11. & 12. Homobon. de *Bontis respons.* moral. p. 4. *super censuras reser.* 83. Anton. Diana *moral. resolut.* p. 1. *tract.* de *absolut.* ab *haeresi resolut.* 5. Bossi. de *tubilio* *sect.* 1. *casu* 12. num. 22.

Contra Soar. *d. tom.* 4. de *Poenit.* *disput.* 30. *sect.* 3. num. 1. Valent. *tom.* 4. *disput.* 7. q. 10. *punct.* 2. Vgolin. de *censur.* *tab.* 1. cap. 4. §. 5. Valquez de *Poenit.* q. 93. art. 1. dub. 4. num. 18. Ioan. de Lugo de *Sacram.* in *tract.* de *Poenit.* *disput.* 18. *sect.* 2. num. 23. cum *segg.* Addit. ad Nauarr. *concl.* 23. de *Poenit.* & *remiss.* Gutierrez *canon.* lib. 2. cap. 19. num. 5. Barthola. S. Faust. *d. tract.* de *Poenitent.* lib. 6. *quast.* 36. Benzoni. de *fuga Episcopi* lib. 1. *disput.* 1. *quast.* 6. ante 2. *conclus.* Param. de *origine* 5. *Inquisit.* lib. 3. *quast.* 8. num. 109. AZOF. *d. p. 1. lib.* 8. *cap.* 19. *quast.* 5. Aegid. de *Coninck* de *Sacram.* tom. 2. *disput.* 8. dub. 12. num. 90. Bonacina de *censuris* *disput.* 1. q. 3. *punct.* 3. num. 3. Molfes. *d. tract.* 7. cap. 15. num. 79. Aloyf. Ricc. in *praxi aurea resolut.* 229. nu. 2. Sanch. in *praecepta Decalogi* tom. 1. lib. 2. cap. 11. num. 6. & 7. Anton. Ricciul. de *iure personarum extra gremium Ecclesiae existent.* lib. 5. cap. 14. num. 20. Torreblanca de *iure spiritali* lib. 14. cap. 4. num. 16. & 17. Cordub. de *casib.* q. 18. Zambran. de *casibus in art. mortis* cap. 4. dub. 4. num. 3. Bellon. de *Sacram.* tom. 2. *disput.* 8. dub. 2. num. 16. Molin. de *Iustitia* tom. 4. *disput.* 63. num. 2. Floron. de *casibus referu.* p. 1. c. 4. §. 19. num. 5. Duard. in *Bullam* *Caena* lib. 3. §. 2. q. 5. à num. 11. Filiuc. in *quast. moral.* tom. 1. *tract.* 7. cap. 8. q. 8. num. 220. Luyf. Turrian. in *select.* *disput.* cent. 2. *conf.* *Theologic.* dub. 77. Petr. de Ochogauia de *Sacramentis* *tract.* 2. de *Confess.* q. 35. num. 4. existimantes simplicem Sacerdotem non debere absolueri à referuatis quando adest Parocho, vel potest haberi facilis recursus ad illum, seu ad Episcopum, sine periculo quod interim decedat infirmus.

13. Et propter particulam vniuersalem omnes, qua vtitur Concilium, extendunt ut quilibet Sacerdos in dicto articulo mortis absolueri possit, etiam si sit excommunicatus, & publicè denunciatus, suspensus, irregularis, degradatus, schismaticus, & haereticus, dummodo non sit periculum subuersionis, Can. in *relect.* de *poenit.* p. 5. Nauarr. in *man.* cap. 27. num. 271. Tolet. in *instru.* *Sacerd.* lib. 1. cap. 15. num. 6. Paul. Comit. *respons.* moral. lib. 6. q. 27. AZOR. in *instru.* moral. p. 1. lib. 8. cap. 11. q. 12. Valer. Reginald. *d. lib.* 1. num. 60. Aegid. de *Coninck* *d. tom.* 2. *disput.* 14. à num. 234. Aloyf. Ricc. in *praxi aurea resolut.* 229. & in *decif.* *curia Archiep.* *Napolit.* *decif.* 26. num. 7. *part.* 4. Bonacin. de *censuris* *disput.* 1. *quast.* 3. *punct.* 3. num. 3. Paul. Layman in *Theologia moral.* lib. 5. *tract.* 6. c. 12. nu. 13. *vers.* notandum secundò. Hentiq. in *summ.* lib. 6. cap. 11. §. 8. Suar. de *Poenit.* *disput.* 26. *sect.* 4. & de *censur.* *disput.* 11. *sect.* 1. nu. 14. Molin. de *Iustitia* tom. 4. *disput.* 63. Torreblanca in *praecepta ab. iuris spirit.* lib. 14. cap. 10. num. 18. Fagundez in *quinque Ecclesia* *praecepta* *prac.* 2. lib. 7. cap. 1. num. 16. Bossi. in *discept. moral.* *discept.* 2. num. 44. Hurtado de *Sacram.* *tract.* de *Poenit.* *d. sp.* 10. *diffic.* 8.

Contra Couarr. in *cap. alma mater* p. 1. §. 6. *conclus.* 8. Nauarr. sibi contrarium in *man.* c. 26. num. 26. S. Thom. Turrec. Panorm. & alios, quos refert, & sequitur Ioan. Valer. de *differens.* inter *utrumque forum*, *verb.* excommunicatio, *differens.* 23. *vers.* *secundò dubitant.* & *verb.* poenitentia, *differens.* 9. Coriolan. *d. part.* 1. *sect.* 2. art. 16. num. 10. putantes in articulo mortis, & in extrema necessitate non conuenire

Barbof. *Collect.* in *Concil.* *Trid.*

haeretico Sacerdoti quemquam absolueri.

14. Quilibet poenitentes, &c.] Etiam excommunicatos, & denunciatos ob haeresim, vel ob aliud quodcumque delictum, ut per Tolet. *d. lib.* 1. cap. 15. num. 1. AZOR. in *instru.* moral. p. 1. lib. 8. cap. 19. *quast.* 5. Valent. *tom.* 4. *disput.* 7. *quast.* 10. *punct.* 2. Soar. *tom.* 5. de *censur.* *disput.* 11. *sect.* 1. num. 14. Gutierrez. *canon.* lib. 1. c. 1. num. 59. Cened. ad *Decretal.* *collect.* 103. num. 3. *vers.* in *mortis.* Ceuall. *commun.* *contra communes.* *quast.* 82. num. 61. & *seq.* Auila de *censur.* *part.* 2. cap. 6. dub. 3. *disput.* 3. *concl.* 4. Sayr. in *simili tract.* lib. 2. cap. 18. Zambran. de *casibus in articulo mortis.* *praelud.* 1. Bonacina de *censur.* *disput.* 1. q. 3. *punct.* 3. num. 3. & *disput.* 2. *quast.* 2. *punct.* 2. §. 4. num. 3. *vers.* *secundò.* & de *censur.* in *Bulla* *Caena* *refer.* *disput.* 1. q. 22. *punct.* 2. à num. 9. Homobon. de *Bontis de humana* *vita* *statib.* p. 1. cap. 16. *vers.* *porro.* & de *casibus referu.* p. 1. cap. 1. Villalob. in *summ.* tom. 1. *tract.* 27. *claus.* 1. §. 12. Paul. Layman in *Theologia moral.* lib. 5. *tract.* 6. cap. 12. Filiuc. in *quast. moral.* *tom.* 1. *tract.* 7. cap. 8. *quast.* 8. Torreblanca in *praecepta ab. iuris spirit.* lib. 14. cap. 10. num. 16. Trullench in *expositione Decalogi* lib. 1. cap. 3. dub. 7. num. 4. Barthola. S. Faust. *d. tract.* de *Poenitent.* lib. 6. *quast.* 38. Coriolan. de *casibus referuatis* *part.* 1. *sect.* 2. art. 16. Ioan. Valer. de *differens.* inter *utrumque forum*, *verb.* excommunicatio, *differens.* 23. Anton. Ricciul. de *iure personarum extra gremium Ecclesiae existent.* lib. 5. cap. 14. num. 18.

15. Absolueri possunt.] Absque irregularitatis incurfu si maiori excommunicatione innodati constitutum in articulo mortis absoluerint, quamuis ante Concil. fecus de iure erat dicendum, ita Nauarr. in *man.* cap. 27. num. 371. vbi ait se contrarium tenuisse cap. 26. num. 27. immemorem decisionis Concilij in praesenti, Salzed. ad Bernard. in *praxi.* cap. 33. *lett.* A. in *fine* *vers.* excusabitur etiam.

16. Cum absolutio haec in mortis articulo data à simplice Sacerdote sit vera absolutio procedens ex alma iurisdictione omnibus Sacerdotibus in tali causa delegata, ac proinde operetur omnes absolutiois effectus, ut resoluunt Soar. *tom.* 5. de *censur.* *disput.* 7. *sect.* 1. num. 7. Anton. Ricciul. *d. tract.* de *iure personarum* *libro* 4. cap. 65. num. 17. ideo si conualeceret sic absolutus, non esse iterum absolouendum, tenent Soufa in *relect.* *Bulla* in *Caena* *Domini* cap. 3. *disput.* 100. num. 6. Melch. Zambran. in *decif.* pro *mortis articulo* cap. 4. de *poenit.* dub. 4. Anton. Ricciul. *d. lib.* 4. cap. 65. num. 16.

17. Extra quem articulum, &c.] Nullum Sacerdotem extra mortis articulum posse absolueri à casibus per Superiorem referuatis, alias nulliter absolueri, tenent Nauarr. in *man.* cap. 9. num. 6. *vers.* 4. Ioan. Valer. *d. verb.* *Poenitentia.* *differ.* 9. *vers.* nullus. Ego ipse de *offic.* & *potest.* *Episcop.* p. 3. *alleg.* 52. *per tot.*

18. Poenitentiarium electum vigore Concilij Trid. *sess.* 24. de *reformat.* cap. 8. si non habet ab Episcopo auctoritatem absoluedi, non posse absolueri à casibus Episcopalis ex ratione, & vi solius officij, cum de casuum referuatum absolute non iure nihil decretum sit, resoluunt Nauarr. *concl.* 20. sub *tit.* de *poenitent.* & *remiss.* in *nouis.* Sayr. in *floribus decif.* sub *cod. tit. decif.* 44. Zerol. in *praxi* *Episcop.* p. 1. *verb.* *dimissoris.* §. 1. Aloyf. Ricc. in *praxi aurea.* *resolut.* 179. in *fine.*

19. Vicarium Episcopi vigore generalis mandati vicariatus absolueri non posse à casibus Episcopo referuatis, tenent Rebuff. in *praxi* *benefic.* *tit.* de *forma* *vicar.* num. 179. Sbroz de *officio vicarij* lib. 2. q. 19. Galet. in *margarita* *casuum conscient.* *verb.* *Vicarius* *pen.* Piafec. in *praxi* *Episcop.* p. 2. cap. 1. num. 5. in *fine* pag. 106. Vgolin. de *officio Episcopi* cap. 4. §. 7. num. 2. *vers.* *postremo.* Ego ipse *d. p. 3.* *alleg.* 54. num. 116.

20. Regulares etiam per priuilegium, quod Maro magnum vocatur, non habere facultatem absoluedi poenitentes à casibus Episcopo referuatis decimum referunt Ludouic. Beta *respons.* *casuum conscient.* p. 2. *casu* 21. in *fine.* *vers.* *nunc tamen.* & p. 3. *casu* 5. in *fine.* *vers.* *hoc tamen.* Campan. in *diuers.* *iuris Canonici* *rubr.* 12. cap. 13. num. 63. Fr. Ludouic. Miranda in *man.* *Prelat.* *tom.* 1. *quast.* 46. art. 2. in *fine.* Armendar. in *addit.* ad *recopi.* *legum* *Nauarra* *lib.* 2. *tit.* 18. l. 7. de *religion.* num. 56. Nicol. Garc. de *benefic.* p. 3. cap. 2. nu. 267. 268. & 269. Fr. Emman. *quast.* *Regular.* *tom.* 1. *quast.* 61. *artic.* 13. Homobon. de *Bontis de examine ecclesiast.* *tract.* 5. cap. 2. *quast.* 10. Zerol. in *praxi* *Episcop.* *part.* 1.

H 3 verb.

- verb. absolutio. §. 5. vers. dicit quis. & p. 2. eod. verbo §. 1. vers. respondendum secundum. & in praxi de Panit. c. 24. quæst. 9. Filliuc. tom. 1. tract. 15. num. 248. Boss. de triplici Iubilai privilegio sect. 1. casu 3. num. 9. Ego ipse d. p. 3. al leg. 52. num. 8.
21. Patres Iesuæ, & alij Confessarii vigore privilegiorum Rosarii non possunt absolvere penitentes à casibus reservatis Episcopo, nisi privilegia talem tradant facultatem, vel sint obtenta, aut confirmata post Concil. Trident. Ita refert decesum Carc. d. p. 3. c. 2. n. 386. vbi num. 294. pariter resolutum asserit posse absolvere à casibus Episcopo reservatis omnes, qui audiunt Confessiones virtute Bullæ Iubilai indictæ Summo Pontif. cum facultate absolvendi à quibuscunque enormibus peccatis referatis Sedi Apostol. etiam in Bulla Cœnæ Domini, sed non virtute privilegiorum, & facultatum perpetuo concessarum, & Rosarii.
22. Regulares utriusque sexus non possunt vigore Bullæ Cruciatæ Confessarios sibi eligere, & ab eis absolvi à casibus reservatis, etiam in Bulla Cœnæ Domini, propter Breve Clementis VIII. Ita Sebast. à Costa super Bul. Cruciatæ quæst. 107. Euseb. Herrera in detis. moral. de off. 9. in fine §. 1. & 2. in princip. Fr. Emmanuel. in addis. summ. tom. 3. cap. 7. num. 2. Fr. Ludovic. Miranda in man. Prælator. tom. 2. quæst. 34. art. 15. conclus. 2. Villalob. in summ. tract. 27. pro Bulla Cruciatæ, claus. 9. Soar. tom. 3. de relig. lib. 2. cap. 16. vers. 2. latè Hieronym. Roderic. in compendio quæst. regul. verb. absolutio, num. 24. optime Sel in selectis Canonie. cap. 18. num. 10. vbi attestatur ita decesum in causa Portugalia & Casella 4. Decembris 1627.
23. Regulares cuiusvis Ordinis, Congregationis, Societatis, & instituti etiam necessarîo exprimendi, tam intra, quam extra Italiam, in vini privilegiorum, aut confirmationum huiusmodi, quas vel hæcenus obtinuerunt vel deinceps fortè obtinebunt, non possunt quemquam absolvere à casibus in Bulla Cœnæ Domini, aut Ordinario loci reservatis; at si fecus egerint, absolutiones nullæ atque irritæ erunt. Ab alijs verò casibus, & censuris Sedi Apostol. reservatis, siquidem Regulares habent à Sede Apostol. absolvendi facultatem, illa extra Italiâ minimè sublata fuit, ita Aldan. in compendio canon. resolut. lib. 1. tit. 10. num. 15. vbi attestatur sic fuisse resolutum in S. Congreg. Episcop. & Regul. sub die 17. Nouembris 1628.
24. Regulares audientes Confessiones in ea diœcesi, in qua sunt approbati, cum facultate etiam casuum reservatorum, absolvere possunt aduenientes ex alia à casibus reservatis in diœcesi penitentium, non autem in il-

- la vbi Regulares confessiones audiunt, dummodo non malitiosè huiusmodi penitentes talem absolutionem quarant, ita Sel. d. cap. 18. num. 3. vbi asserit decesum sub die 19. Nouembris. 1616.
- Concessa facultas absolvendi à casibus Sedi Apostol. reservatis, non comprehendit casus, quos Episcopus, & Prælati Religiosi cum suis subditis Regularibus reservavit, nisi de his fieret specialis mentio, ita refert decesum Nicol. Garc. d. p. 3. cap. 2. num. 286.
- Absolvere Episcopum & cum ipso dispensare poterit ab eodem Episcopo Confessor electus de omni peccati vinculo, de quo potest absolvere, vel dispensare ipse Episcopus, vt dicit resolutum Piafec. in praxi Episcop. p. 2. cap. 1. num. 17.
- Penitentem habentem peccata reservata Episcopo, vel Prælato, & copiam eorum non habentem ad confitendum illis dicta peccata, posse confiteri Parocho, & ab eo absolvi à peccatis non reservatis, reservata absolutione à referatis cum Superiori copiam sui fecerit, resoluunt Nauat. in man. cap. 26. num. 6. Iacob de Graff. in aureis decis. p. 3. lib. 1. cap. 13. num. 70. Lal. Zech. de casibus reservatis, in princ. obseru. 4. Paul. Comitoli. respons. moral. lib. 1. quæst. 29. num. 2. Ego ipse de officio & potestate Episc. p. 3. al leg. 51. num. 12. Barthol. à S. Fausto d. tract. de Panit. lib. 8. q. 20. vbi intelligit in casu necessitatis, & secus resolut si non urgeat necessitas, plures alij, quos refert & sequitur Io. Valer. d. verb. Penitentia, differ. 10. aduertens debere penitentem tam reservata, quam non reservata peccata Parocho confiteri, quia quoad eum debet esse integra, licet quoad Superiorem posset esse dimidiata, quod etiâ adnotavit Fagundez in quinque Ecclesia præcepta, præcept. 2. lib. 8. cap. 3. num. 13. Barthol. à S. Fausto d. lib. 8. quæst. 21.
- Et notat Piafec. d. cap. 1. num. 18. in fine, pag. 108. quòd in casibus reservatis cum recurritur ad Episcopum, debet penitens confiteri omnia sua peccata, & Episcopus vel omnia absolvere, vel eum ad inferiorem remittere potest, præmissa facultate absolvendi reservatum, quam sufficit significare ipsi penitenti, vt faciat se absolvi ab inferiore, & creditur tunc ipsi penitenti dicenti facultatem huiusmodi sibi ab Episcopo esse concessam, de quo tamen est consulendus Fagundez d. lib. 8. c. 3. à num. 2. & Stephan. de Aluin. d. c. 33. nu. 7. Machado d. lib. 1. p. 3. tract. a. docum. 3. num. 3. latè Ioan. de Lugo d. tractat. de Panit. disp. 20. sect. 6. num. 74. cum segg. Hurtado d. tract. de Panit. disp. 11. diff. 14. cum segg. Barthol. à S. Fausto tom. 3. tract. de Panit. lib. 4. quæst. 179.

De Satisfactionis necessitate, & fructu.

CAPVT VIII.

- 1 Doctores de satisfactionis necessitate & fructu agentes.
- 2 Confessarius per se loquendo tenetur satisfactionem seu penitentiam iniungere.
- 3 Penitens quando penitentiam tenetur acceptare.
- 4 Satisfactio an possit fieri per opera aliâ debita quæ tenetur facere ex alio præcepto.
- 5 Penitentiam in peccato mort. adimplens peccat mortaliter, sed penitentia sibi à Confessario iniunctæ satisfaci.

4 De penit. dist. 3. circa princ.
6 Infra cap. 12. Genes. 3. 2. Reg. 12. Num. 12. & 20. Ies. 6. ca. 30. & c. 14. c. 1. Cor. 3. Ephes. 4.

4 Hebr. 10. Roma.

Demum, quo ad satisfactionem, quæ ex omnibus Penitentia partibus, quemadmodum à Patribus nostris Christiano populo fuit perpetuo tempore commendata; ita vna maximè nostra ætate, summo pietatis prætextu impugnatur ab ijs, qui speciem pietatis habent, virtutem autem eius abnegarunt: sancta Synodus declarat, falsum omnino esse, & à verbo Dei alienum, culpam à Domino nunquam remitti, quin vniuersa etiam pœna condonetur. Perspicua enim, & illustrata in sacris litteris exempla reperiuntur, quibus, præter diuinam traditionem, hic error quam manifestissimè reuincitur. Sanè & diuinæ iustitiæ ratio exigere videtur, vt aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante Baptismum per ignorantiam deliquerint: aliter verò, qui semel à peccati, & Demonis seruitute liberati, & accepto Spiritus sancti dono, scientes templum Dei violare, & Spiritum sanctum contristare non formidauerint. Et diuinam clementiam decet, ne ita nobis absque vlla Satisfactione peccata dimittantur, vt, occasione accepta leuiora putantes, velut iniurij, & contumeliosi Spiritui sancto, in grauiora labamur, thesaurizantes nobis iram in die iræ: proculdubio enim magnopere à peccato reuocant, & quasi freno